

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Heinrich Rahn

**Rector Universitatis Rostochiensis Henricus Rhane, I.U.D. & Profess. Ord. Ad
solennem novi Rectoris renunciationem Cras hora nona publice peragendam
Cives Academicos omnes & singulos sedulo ac amice invitat**

Rostochi[i]: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734613504>

Druck Freier  Zugang



Ru. Progr. 1638

1) Johanna Kleinhardt
2) Hinrich Rahne
3) Johanna Kleinhardt
4) Hinrich Rahne
5) Hinrich Rahne
6) Johanna Nüroder



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn734613504/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734613504/phys_0002)



RECTOR
Universitatis Rostochiensis

HENRICVS RHANE,
J. U. D. & Profess. Ord.

Ad solennem novi Rectoris renunciationem

Cras horâ nonâ publicè peragendam

*Cives Academicos omnes & singulos sedulò
ac amicè invitat.*



ROSTOCHI,

Typis NICOLAI KILI, Academ. Typegr.

ANNO M DC XXXVIII.

Rector Universitatis Rostochiensis
HENRICUS RHANE,

J.U.D. & Prof. Ord.

Nter Politicos agitari solet quæstio:
Præstetne ambulatorium, vel perpe-
tuum habere magistratum? Qui prius
approbant, dicunt libertatis magnam
esse custodiam, si imperia non sint.
diuina. Per vices, inquit alicubi
Philosophus, parentum, per vices imperandum. Ex
eo enim provenit & redundat in omnes cives quæ-
dam æqualitas, quæ mater est societatis. & concordie.
Cives quippe, si pares sunt in oneribus ferendis, &
impare in distributione munierum honorumve, fa-
cile turbas excitant, cum seditionum causa sit præ-
miorum inæqualitas. Præter hæc ejusmodi régime,
seu positus regimini variatio cum naturæ maximè
convenit, quæ pares fecit omnes, tum saluti populi,
quæ suprema lex sit, ingens adfert subsidium. Hæc
enim vicissim reprimit, teste Dion. Halicarn. inge-
nia fastuosa, nec ineptiari nimia licentia sinit. Ne
itaq; apud Romanos quis fretus diuina potentia
haberet occasionem evertendi Remp. Dictaturæ vis
atq; majestas sexto mense exspiravit. Et quemad-
modum ibidem Coss. sic Carthaginæ referente Emil.
Prob. in Hannibal. quotannis annui bini reges crea-
ti sunt. Ipsa quoq; justitiae ratio à perpetuitate
magistratus quasi adhorret. Quis enim perpetuò
magistratum gerentes, si deliquerint, multabitur?
quis castigabit, aut puniet? quis rationes ab iis exi-
get? certè ob continuos honores nunquam ad redi-
den.

dendas illas se obligatos existimabunt. At in annuis, inquit Liv. privatus rationem reddet, qui consul noluit. Quamvis autem hæc ita se se habent, & partim natura, partim salus commonis, partim justitia, ac societas civilis magistratum vicissitudines exigere videantur: sunt tamen, qui non levioribus fundamentis perpetuam Reip. administrationem commendant, & variabili imperio præferunt. Quemadmodum enim, ajunt cum Dion. lib. 25. crebra vietus mutatio in corporibus hominum à medicis, ita magistratum mutatio in Rebus p. merito à Politicis improbat. Siquidem non tantum prius aliquis recedere à gubernaculis cogitur, quam ejus, quod dedit, specimen exhibere possit: verum et jam ipsa vicissitudo ordinis splendorem non parum obfuscat & imminuit, quā contraria perpetua gubernatio auget atq; cōservat. Etenim nec imperij de cō, verba sunt Bodin. lib. 4. de Rep. c. 4. tueri, nec cū majestate imperare potest, qui se brevi privatū fore metuit. Quod si dignitas & imperandi majestas magistrati detracta fuerit, quis parebit? quis contineri poterit? quis imperata exequetur? Sin perpetua potestas erit, & cum dignitate imperabitur, & cum obsequio parebitur: nec magistrati metuetidum erit, ne aliquando privatorum contumelias, aut improborum calumnias ferre cogatur. Sed sit hoc ut sit, in hac nostrate, uti in multis aliis Academijs, & prudenti consilio receptus, & longo usu approbatus est magistratus ambulatorius, & quidem semestris. Quem cum ego confecerim, cras horâ nonā deponam, & alteri solito more ac ritu demandabo. Omnes igitur & singulos Universitatis hujus cives

ea

ea, qua pars est, diligentia hortor & oro, ut hanc ad
panegyrin frequentes confluant, & DEO trinuni
tum gratias toto agant pectore pro innumerabili-
bus, quæ haec tenus in nos miseris & indignos con-
culit, beneficiis, tum precibus ardentibus tot & tan-
tis in periculis salutem Ecclesiaz ac Reipubl. & hujus
quoq; novi magistratus curriculum commendent,
memores illius exhortationis Paulinæ: ante omnia
fiant supplicationes, preces, interpellationes, gra-
ciarum actiones pro cunctis hominibus, pro regibz
& omnibus potestate pollentibus, ut quietam tran-
quillamq; vitam nobis agere liceat in omni pie-
tate & gravitate. Hoc n. bonum est & acceptum
Deo Salvatori nostro. P. P. Rostochi sub sigillo
Rectoratus, Anno M DC XXXIX. die XVII. Octobris.
Isto olim die, qui fuit centesimus quinquagesimus
diluvij, Pater coelestis recordatus est Noah, & o-
mnium, quæ cum eo erant in arca; ac statim obstru-
ctis profundi fontibus, cæliq; meatis, cessarunt
pluviae, aquæ decreverunt, & arca sublitterit in mon-
tibus Ararat. Idem ergo Dominus recordeatur et-
iam, & misereatur nostri, atq; cœcum suum haec tenq;
mundi, tanquam pericolosissimi maris, fluctibus a-
gitatum, & fermè disturbatum super petram p-
roq; mihi Jesum Christum & montem Sion iu-
to quiescere sinat.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn734613504/phys_0007](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734613504/phys_0007)





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn734613504/phys_0008](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734613504/phys_0008)

DFG

Satyrica, fatua, rustica mallebra (ne
festivitate similes nos oblectemus, Deu-
patienteis acerbissimum supplicium aug-
ristemus, pietatem, & honestatem la-
Christianos plus quam barbara, Ethnicu-
turitudinis ac deformitatis condemne-
flagitium esse parabimus, parvulos, quo-
dere, proximos, quod leges etiam civi-
Neg enim hic valebit illud Aristippi

inq; Bacchanali

Mens temperata rite,

Perinde quasi à fætore liber sit, qui in
aquam cadit, non madesiat. Neg me-
tudo jam vires nacta quenquā excusa-
lum, cuius hac sententia est ad Rom.
De τῷ ἀνώτερῷ, ἀλλὰ μέσαν φύ-
νος εἰς τὸ ἐργό. Ne configuremini secun-
mini per renovationem mentis vestræ,
sit voluntas DEI bona illa, accepta a
adhortatione verè Apostolica, verè
DEI precor, ut pœnam Bacchan-
eateraq; impietate nostram Academ-
viter adfligente adtractam clementer
mitiger, atq; ita temperet, ut ne juxta i-
χθόν amicus, & justus (si quis apud no-
hoste, & injusto pereat. Faciamus, quae-
culat, abnegemus impietatem, volup-
tilaciones carnis, cor fastu inflatu-
tam, animum amaruleatum, deniq;
convitii mendaciis sinctos deponamus




Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No.

the scale towards document

repetam)
, Christi
elos con-
nos ipsos
ulantia,
um vero
at, offen-
tadere;
x, 2, 3, 4, 5
notato
pitur.
; qui in
consue-
s Aposto-
quarile-
uvwōd τά
isforme-
etis, que
Qua in
esino, ac
iroribus,
isg, gra-
paternē
τῷ σω
est) cum
oties in-
rum, ti-
virulen-
no, felle,
us, mo-
remig